

Quod de *Classibus morborum* scripsit ad te D. Missa, non impedit quominus, ab omnibus medicis vicinarum urbium hoc opus avidè emere-
tur, et adhucdùm à studiosis assiduè expostuletur. Fortè audivit D. Missa, meam sententiam circà *principium mærens* humanæ machinæ collegis meis non arrisisse, et hoc verum est.

Cùm scribes ad Dom. Grill, Stockholmiam, illi, quæso, commendes Dom. Desmarests, Mone-
peliensem, amicum, cognatum et omni titulo com-
mendabilem et celebrem negociatorem, eo fine ut,
si quid ex Mediterraneo accersere aut negociari hic
voluerit, ad eum scribat, fidi et tuti commercii
certus.

Tela cerâ obducta tegit, extrà capsam, aliquot
icones plantarum ill. Richeri de Belleval *, quæ
non antea lucem aspexerant, quas tamen summè
laudat Tournefort, in præfatione *Institut.* suarum.
Tabulæ æneæ ducentæ, vel trecentæ sunt inter
manus Præsidis de Belleval, qui eas lubentissimè
venundaret; sed munuscripta avi, contempta à
natis, dispersita sunt, nisi in bibliothecâ Dom.

* BELLEVAL (MARTIN, RICHER DE), neveu de P. BELLEVAL, l'un des premiers botanistes français, botaniste comme lui et Chancelier de l'Université de Paris, mort en 1644.